



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Brevis Expositio Propositionum Damnatarum

Didacus <ab Aragonia>

Venetiis, 1728

Sequuntur Propositiones damnatæ ab eodem Alexandro Papa VII. Feria 5.
die 18. Martii 1666.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42653

290 Propositiones Damnatæ.

27. Si liber sit alicuius junioris, & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet rejectam esse à Sede Apostolica tanquam improbabilem. v. Opinio.

28. Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem à Principe promulgatam. v. Lex.

Sequuntur Propositiones damnatae
ab eodem

ALEXANDRO PAPA VII.

Feria 5. die 18. Martii 1666.

29 IN die jejunii, qui sæpius modicum quid comedit, et si notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejenum. v. Jejunium.

30. Omnes officiales, qui in Republica corporaliter laborant sunt excusati ab obligatione jejunii, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejunio. Ibid.

31. Excusantur absolute à præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit; & etiam si iter unius diei confiant. Ibid.

32. Non est evidens, quod consuetudo non comedendi ova, & lacticinia in Quadragesima obliget. Ibid.

33. Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascumque eleemosynas, quas antea beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit. v. Beneficiar.

34. In die Palmarum recitans Officium Paschale satisfacit præcepto. v. Horæ Canonicae.

35. Unico officio potest quis satisfacere

& mo-
s, dum
stolica
pinio.
usque
incipe
Lex.
tæ
VII.
icum
quan-
angit
ium.
blica
obli-
care;
Ibid.
o je-
itan-
iter
nius
Ibid.
tudo
Qua-
bid.
nem
ique
s de
iar.
Offi-
v.
ace-
re

re duplii præcepto pro die præceden-
ti, & crastino. Ibid.

36. Regulares possunt in foro consciencie uti privilegiis suis, quæ sunt expressè revocata per Conc. Trid. v. Reg. priv.

37. Indulgentiæ concessæ Regularibus,
& revocatæ à Paulo V. hodie sunt revalidatæ. v. Indulgentia.

38. Mandatum Tridentini factum Sa-
cerdoti, sacrificanti ex necessitate cum pec-
cato mortali, confitendi quamprimum, est
consilium, non præceptum. v. Communio.

39. Illa particula, *quamprimum* intelli-
gitur, cum Sacerdos suo tempore confi-
tebitur. Ibid.

40. Est probabilis opinio, quæ dicit, es-
se tantum veniale osculum habitum ob de-
lectionem carnalem, & sensibilem, quæ
ex osculo oritur, secluso periculo conser-
vis posterioris, & pollutionis. v. Osculum.

41. Non est obligandus concubinarius
ad ejiciendam concubinam; si hæc nimis
utilis esset ad oblectamentum concubi-
narii, vulgo *Regalo*, dum deficiente il-
lo nimis ægræ ageret vitam, & aliæ epu-
læ tædio magno concubinarium afficerent,
& alia famula nimis difficile invenire-
tur. v. Occasio proxima.

42. Licitum est mutuanti aliquid ul-
tra sortem exigere, si se obliget ad non
repetendam sortem usque ad certum tem-
pus. v. Usura.

43. Annuum legatum pro anima reli-
ctum non durat plusquam per decem an-
nos. v. Legatum.

44. Quoad forum conscientiæ Reo cor-
recto ejusque contumacia cessante, cessant
censuræ. v. Censura,

45. Libri prohibiti, donec expurgentur,
possunt retineri, usque dum adhibita di-
lignantia corrigantur. v. Libri pr-

Quibus maturè pensatis, idem Sanctif-
simus statuit, & decrevit.

Predictas propositiones, & unamquam-
que ipsarum, ut minimum, tanquam
scandalosam esse damnandas, & prohi-
bendas, sicut eas damnat, & prohibet,
itaut quicumque illas aut conjunctim, aut
divisim docuerit, defenderit, ediderit,
aut de eis etiam disputativè, publicè, aut
privatim tractaverit, nisi forsan impu-
gnando, ipso facto incidat in excommuni-
cationem, à qua non possit (præterquam in
articulo mortis) ab alio quacumque etiam
dignitate fulgente, nisi à pro tempore exi-
stente Romano Pontifice, absolvī.

Insuper districtè in virtute Sanctæ Obe-
dientiæ, & sub interminatione divini
judicii prohibet omnibus Christi fidelis-
bus cuiuscumque conditionis, Dignitatis,
ac status, etiam speciali, & specialissi-
ma nota dignis, ut prædictas proposi-
tiones aut aliquam ipsarum ad proxim de-
ducant.

